Núm. 44 Jueves 22 de Diciembre 1904 Año LII.

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

DE CONSTABILIENDA CONDITIONE HIERARCHICA

FRATRUM MINORUM ET SCHOLARUM PIARUM IN HISPANIA.

PIVS PP. X.

MOTV PROPRIO.

Singularitas regiminis, ex qua, veluti ex salubri quodam nexu, vim ac regularis observantiae tutelam Religiosi Ordines mutuantur, superiore saeculo, ob peculiaria adiuncta, gravissima illa quidem praeterque ordinem, sic in Hispania ab Apostolica Sede temperari debuit, ut moderatores instituerentur, qui vario nomine, Religiosos omnes, in Regum Catholicorum ditione degentes, suprema auctoritate regerent; ita tamem ut, etiamsi hi totius Religiosae Familiae antistites appellarentur, nulla potirentur potestate in exterarum Provinciarum alumnos.

At vero huiusmodi Regularis Hierarchiae conditio annorum decursu, multis magnisque, tum intra tum extra Hispaniae fines, difficultatibus patuit; ut ideo innumeri censerentur Religiosi viri, ex omni Ordine omnique gradu, qui, laudabili studio, contenderent ad pristinam regredi regiminis unitatem, quae vel ipsis Hispanis multo fuerat gloriosior, ob dignitates ac munera,

quibus Romae plures eorum fuerunt quovis tempore honestati, magna totius Catholicae Nationis commendatione.

Pro rerum igitur adiunctis, huic Religiosorum studio restituendae veteris, Ordinis cuiusque proprii, unitatis sedes Apostolica ultro satisfacere conata est. Quamobrem Religiosae Familae pleraeque omnes unico iam regimine gubernantur. Quod quam feliciter sit factum ipsi Religiosorum coetus manifestant, qui, in decorem pristinum revocati, adeo inter Hispanos florent, ut patriae genti maximo sint ornamento. Quod si ceterae Religiosorum consociationes, quae nondum unitate regiminis fruantur, provehi et amplificari cognoscuntur; id debetur maxime bonae alumnorum voluntati, qui, non modo sedis Apostolicae mandatis stare semper parati sunt, sed cum supremis praeterea sui cuiusque Ordines moderatoribus animo coniunguntur: unde et adstatores Romae habere de gente sua apud eosdem supremos Moderatores gaudent et gloriantur.

Iamvero, dum Franciscales Minores atque Ordo Scholarum Piarum eo regimine, in Hispania, uti pergent, quo nunc utuntur quodque Nos peculiaribus de causis permittimus ac toleramus *ad nutum Sanctae Sedis;* ut sarta sit atque tecta eorumdem Ordinum *substantialis* unitas, quam Sedes Apostolica nunquam sublatam voluit, et ut certae tutaeque habeantur normae circa potestatis amplitudinem Moderatorum dictorum Ordinum in Hispania, ipsorumque cum supremo totius religiosi Ordinis Antistite coniunctionem, edicimus atque *in virtute sanctae obedientiae* iubemus quae sequuntur:

I. Vice-commisarius apostolicus Fratrum Minorum in Hispania itemque Vicarius Generalis Piarum sunt vere Vicarii Generales, alter Ministri Generalis, alter Praepositi Generalis Ordinis cuiusque sui. Uterque appellatione *Vicarii Generalis Minorum in Hispania* et *Vicarii Generalis Scholarum Piarum in Hispania* tamquam privata et propria utetur.

II. Ambo eligentur in *Capitulo interprovinciali hispanico:* hoc enim vocabulo Capitulo eiusmodi designabuntur. Electores vero, sive ut aiunt *Vocales,* qui dictis Capitulis intererunt, iidem habebuntur qui in ceteris Ordinis Provinciis in Capitulo generali adesse ius habent.—Porro Capitula inter provincialia sexto quoque anno cogentur, elapso mense a Capitulo Generali celebrato.

III Assistentes seu Definitores Vicarii Generalis hispanici, quavis alia appellatione abrogata, *Asistentes* seu *Definitores interprovincialis Hispaniae* vocabuntur.—Eorumdem electio in Capitulis interprovincialibus fiet.

IV. Vicarii Generales eorumque Assistentes seu Definitores ultra sexennium suo quisque munere fungi nunquam poterunt, nisi ex peculiari Sedis Apostolicae facultate Munere autem cedent post mensem a celebratione Capituli Generalis in quo vel Moderator supremus elegitur vel saltem definitores novi sufficiuntur.

V. Auctoritas Vicariorum Generalium Hispaniae quum sit tantum in Religiosos homines qui in terris hispanis degunt; iidem Vicarii in domos seu coenobia, ultra mare sita, delegata tantum auctoritate potientur; eo modo eaque amplitudine, quae Supremis Ordinis Antistitibus videbuntur.

VI. Porro auctoritas haec in transmarinas domos sic a Moderatore Generali communi pacto cum Vicario hispanico definietur, ut quae sequuntur leges minime praetereantur.

a) Missio ac revocatio Religiosorum fiet a Vicario Generali, adhibitio prius consensu Moderatis generalis.

b) Item Vicarii Generalis erit designare eos qui domos transmarinas regant; id tamen non sine praevio consensu Ministri seu Praepositi Generalis fiat, praesertim ubi de maioribus Superioribus deligendis agatur.

c) Ius atque officium Vicario erit, per se vel per alium, transmarinas domos rite invisendi, annuente tamen in antecessum Moderatore Generali.

d) Quae Provinciae Religiosorum trans mere sunt, quin ab aliquo Provinciali Superiore in Hispania dependeant, carum Generalis Ordinis Moderator unice Superior esto.—Quapropter nullus erit locus auctoritati delegatae Vicariorum Generalium, si transmarinae domus cum aliqua Hispaniae Provincia, veluti pars eius, minime cohaereant, vel cum eadem in unam Provinciam vel quasi Provinciam coalescant.

VII. Celebratio Capitulorum Interprovincialium Hispaniae itemque eorum confirmatio, necnon electionum in iis peractarum, ad unum totius Ordinis Moderatorem privo iure pertinebunt.

VIII. Quidquid a Curia Regulari, quae Romae est, pro auctoritate edicendum erit, per Vicarios Generales ordinario transmittatur. Quin vero ab iisdem Vicariis edoceantur ac votum exquirant, Supremi Moderatores Ordinis nulli *obedientiam*, quam vocant, ordinario dabunt extra fines Hispaniae exsequendam.—Nemo autem Religiosorum egredi ex Hispania poterit, etiam ut Romam veniat, nisi facultate facta a Magistro seu Praeposito Generali: quod si ab hoc arcessatur, abnuere nequaquam poterit eo pergere, quo advocabitur.

IX. Supremo Ordinis Antistiti reservantur novae domorum fundationes, expulsiones Religiosorum eorumdemque dimissiones ex Ordine, exequutio Rescriptorum apostolicorum quae commissa fuerit Moderatori maximo, nulla mentione facta Vicarii Generalis hispani: item statuta et mandata quae quamvis statutorum generalium mutationem minime importent, quovis tamen modo *substantialia* Ordinis attingunt.

X. Vicarius Generalis ius habet invisendi, etiam per delegatos, domos universas quae in Hispania sunt quaeque cum Provinciis hispanis sunt coniunctae. Ad eumdem vero appellandi ius est Religiosis omnibus qui eius ordinaria vel delegata auctoritate reguntur. Incolume tamen esto Magistro seu Praeposito generali ius invisendi, etiam per delegatos, domos quae Vicariis subsunt, itemque excipiendi appellationes Religiosorum quorumcumque qui Vicariis eisdem subduntur.

XI. Religiosi hispani, qui necessariis ornentur dotibus, eligi poterunt ad munia quaecumque universi Ordinis gerenda, etiam ad Magisterium maximum: quare in Capitulis generalibus omnes et singulae regulares provinciae hispaniae iura omnia et officia habebunt quibus ceterae utuntur. Praeterea religiosi hispani ius habent ut unus saltem ex eorum numero sit *Assistens* vel *Definitor Generalis* in suprema ordinis Curia, prout leges eiusdem Ordinis ferunt.—Item Vicario Generali ius esto idoneum e suis alumnum praesentandi, a Ministro seu Praeposito Generali ad trennium tantum adprobandum, qui *Viceprocurator* Hispaniae Romae sit (nisi ipse Procurator Ordinis universi hispanus fuerit), habeatque secum adiutores pro munere.—Tandem Vicarius Generalis tertio quoque anno Romam veniat ut (salvo iure visitationis quod Moderatori Generali

competit) *Vice-procurationem* hispanicam invisat, deque statu Provinciarum Hispaniae supremo Ordinis Antistiti rationem reddat.

XII. Quum Ordo Minorum S. Francisci itemque Scholarum Piarum unicus sit atque individuus, religiosae professiones non in manibus modo Superiorum Hispaniae emittantur sed praecipue, immo vero necessario, in manibus Ministri seu Praepositi totius Ordinis.

XIII. Vicarii Generales tum Minorum tum Scholarum Piarum, qui nunc sunt in Hispania, itemque qui a consilio eisdem sunt, hac vive tantum, biennio in munere permanebunt: elapso biennio, Capitulum interprovinciale, ut supra dictum est, celebrabitur —In posterum antem, ut rectius res eveniant, iidem Vicarii Generales eorumque Consiliarii suo munere decedent quoties Capitulum generale cogetur, elapso videlicet mense ab eius celebratione, ut supra edictum est art. III.

XIV. Si qui demum actus, ob *substantiales* defectus, nulli fuerint atque illegitimi usque ad horam receptionis huius Motu-propirii: eos, si sanabiles, sint, benigne sanamus et convalidamus.

Hae Nostrae declarationes et praescriptiones, vix atque acceptare fuerint, pleno robore fruentur, non obstantibus quibuscumque etiam specialissima mentiene dignis.

Patrocinium Inmaculatae Virginis Marie opemque Francisci et Iosephi Patrum Legiferorum Religiosis Minoribus et Scholarum Piarum hispanis implorantes, Franciscali et Calasanctianae Familiae universae apostolicam benedictionem paterna caritate impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum in die festo SS. Apostolorum Petri et Fauli MCMIV Pontificatus Nostri anno primo.

PIVS PP. X.

LA MUERTE REAL Y LA MUERTE APARENTE
con relación á los Santos Sacramentos

(Continuación.)

102. Este es el sentir de *Mr. Laborde*, como puede verse por las siguientes palabras pronunciadas ante la Academia de Medicina de París en la sesión del 30 de Enero de 1900:

«L'applicatión systématisée de ce procédé ne réalise pas seulement le moyen le plus puissant et le plus efficace de ranimatiom de la fonctión cardio-respiratoire, et par suite de la vie, dans toutes les conditions d'asphixie et de mort apparente; il constitue, de plus, par son action négative, c'est-á dire par emploi infructueux pendant la période moyenne de *trois heures* aprés la mort objective, et au delà, un signe certain de la mort réelle.....

»Et afin d'assurer, sans le moindre doute possible, à la fois la *certitude* de la mort et l'impossibilité confirmée de la ranimation provoquée, cette continuation de fonctionnement pourra et devra être realisée au delà, de la limite en questión, soit en *doublant*, ou même en *triplant* facultativament cette durée.» *Bulletin*, p. 105.

§ V

En los casos de muerte repentina el período probable de la vida latente dura hasta que se presenta la putrefacción.

103. Réstanos averiguar el punto capital y más difícil de todo este trabajo, á saber: ¿por cuánto tiempo es probable que viva el hombre después del instante en que vulgarmente se le tiene por muerto?

Como los datos son más abundantes y seguros con relación á los casos en que el hombre muere de accidente repentino, ya provenga éste de causas extrínsecas, como en los *ahogados, ahorcados, heridos por rayo ó por descarga eléctrica*, etc., ya de causas intrínsecas, como en los ataques de apoplegía, epilepsia, histeria, hemorragia, intoxicación ó envenenamiento, cólera, peste, etc., de estos casos hablaremos en

primer término, reservando para lo último lo referente á los que perecen víctimas de una larga enfermedad.

104. Con relación á los hombres atacados de accidentes repentinos, son tantos los casos en que se les ha visto como revivir y recobrar salud perfecta, después de haber estado largas horas con todas las señales de la muerte, que hoy se admite que respecto de ellos no hay otra señal cierta de muerte que la putrefacción. Antes de iniciarse ésta, no podemos estar ciertos de que han muerto; esto es, por consiguiente, probable que viven, ó, cuando menos, es dudoso que hayan muerto; síguese de aquí que á los tales se les puede absolver *sub conditione* durante todo este tiempo, esto es, hasta tanto que se inicie en ellos la putrefacción (un. 47 61).

105. Ya *Zacchias* en sus «Questiones médico-legales, l. I, tít. I, q. II, n 32, aseguraba que algunas veces los que por efecto de tales enfermedades parecían muertos, han vuelto á la vida después de *dos ó tres días* de hallarse en ese estado.

Hoy estos casos de vuelta á la vida son muy frecuentes, porque se han inventado y se utilizan procedimientos adecuados.

106. *Mr. Witz*, profesor de la Universidad católica de Lilla (Francia), refiere algunos casos de hombres, al parecer muertos por descargas eléctricas, que fueron vueltos á la vida después de *hora y media* y hasta *tres horas* de incesantes esfuerzos. *Revue des questions scientifiques*, v. 47, p. 475 y siguientes.

Mr. Laborde daba cuenta á la Academia de Medicina de París, en la sesión del 30 de Enero de 1900, de un ahogado que, después de haber estado sumergido debajo del agua por espacio de diez minutos, fué sacado, al parecer, completamente muerto; pero gracias á las tracciones rítmicas, empleadas durante *tres horas* consecutivas, empezó á dar señales de vida, y logró, por fin, recobrar la salud perfecta. *Bulletin de l'Académie de Médecine séance du 30 Janv.* 1900, p. 99-100.

(Se continuará.)

SUSCRIPCION abierta en el Obispado de León para atender á las apremiantes necesidades de la Santa Sede.

	Ptas.	Cts.
Suma anterior.. . .	4.233	35
El Párroco y fieles de Saelices del Payuelo, según lista.............. Mariano Nistal 1. Cosme Sandoval 0,30. Luciano Martinez 0,25. Miguel Bermejo 0,25. Luciano Panera 3. Juan de Prado 0,50. José Riol 5. El Párroco 3. Recogido en el cepillo 4,75.	18	5
El Párroco y fieles de S. Cipriano del Condado, según lista........... Ildefonso Cañón 8 Catalin González 0,25. Luisa González 2. Hermógenes Carcedo 0,50. Lines Robles 0.25 Elisa Tejerina 0,50. Andrés González 0,10. Eulalia Cañón 1. Rosalía Robles 0,25. Angel Fernández 0,25. Miguel Carcedo 1. Jacinto Robles 0,75. Gregorio Carcedo 1. Manuel Villafañe 5.	18	10
SUMA TOTAL.............	4.269	50

Con esta fecha se remite la expresada cantidad al Excelentísimo Sr. Nuncio de Su Santidad en España á la vez que lo recolectado en la Diócesis durante el presente año para los Santos Lugares y las Misiones de África.

Asociación de SUFRAGIOS MUTUOS del Clero de la Diócesis.

Han manifestado por conducto de los Sres. Arciprestes de Castilfalé, Curueño de Arriba y Almanza, que desean pertenecer á la Asociación é ingresan en ella:

Núm. 1278=Crespo Terán D. Nazario, *dentro del primer año de su ordenación.*

Núm. 1279=Arias González D. Gregorio, id. id. id.

Núm. 1280=Rodrigo D. Jacinto, id. id. id.

León, 22 de Diciembre de 1904.—Lic. Miguel Alvarez, Vicesecretario.

Núm. 18

El día 10 de los corrientes falleció el Presbítero, D. Luis Rodríguez Melón, Párroco de Villacreces, y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Sr. Arcipreste, que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

Imp., Enc. y Lib. de Miñón.